

Domus Israël sperávit in Dómino : * adjútor eórum et protector eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino : * adjútor eórum et protector eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino : * adjútor eórum et protector eórum est.

Dóminus memor fuit nostrí, * et benedixit nobis.

Benedixit dómui Israël, * benedixit dómui Aaron.

Benedixit ómnibus qui timent Dóminum, * pusillis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus super vos ; * super vos, et super filios vestros.


Benedicti vos à Dómino * qui fecit cœlum et terram.

Cœlum cœli Dómino : * terram autem dedit filiis hóminum.


Non mórtui laudábunt te, Dómine, * neque omnes qui descendunt in infernum.

Sed nos qui vivimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Glória Patri, &c.




Nos qui vi. vi-mus, be-ne-di-ci-mus



Do-mi-no.

8 ton irrégulier.



Ant. Al- le-lu- ia, al- le- lu- ia,